

causa vel racione per quascumque personas, ecclesiasticas vel mundanas, necnon collegia, capitula et conuentus, communia quoque, communitates et vniuersitates opidorum, villarum, castrorum, terrarum et aliorum quorumcumque locorum Dacie et Suecie et Noruegie regnorum, necnon Lundensis, Vpsalensis ac Nidrosiensis ciuitatum, diocesium atque prouinciarum et terrarum, dominio regum regnorum subiectarum ipsorum communiter vel diuisim, debitas vel debendas, per te vel alium vel alios fide ac facultatibus ydoneos, petendi, exigendi et recipiendi et de hiis, que receptoris, absolucionem et quitacionem plenariam ac pactum de non petendo vltius faciendi ac contradictores quoslibet et rebelles, eciamsi pontificali aut quauis alia prefulgeant dignitate, per censuram ecclesiasticam appellacione postposita com-pescendi, plenam tibi concedimus tenore presencium vsque ad beneplacitum sedis apostolice potestatem. Volumus autem, quod de singulis solucionibus et assignacionibus huiusmodi quantitatum faciendis tibi confici facias duo publica consimilia instrumenta, quorum vno penes soluentes seu assignantes ipsos dimisso, reliquum ad nostram studeas cameram destinare. Datum Auinione kal. Octobris pontificatus nostri anno octauo.

4490.

1349 Okt. 4.

Ekhult.

Bengt Brudsson öfverlåter sin och sin hustru Gunnos egendom i Vestra Mark till sin frände (gener) Lars Germundsson.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Benedictus Brudsson salutem in Domino sempiternam. Nouerint vniuersi me dilecto genero meo, domino Laurencio Germundason et heredibus suis omnia bona mea ac dilecte uxoris mee Gunno in Vestro Mark secundum ordinacionem discretorum virorum, videlicet Birgeri Jonsson, Johannis Mørskæ, Anundi Hat, Johannis Brudsson et Hemmingi Allæson cum festis et omnibus laghafangum a me et heredibus meis irreuocabiliter dimisisse, transferens in eundem et heredes suos in perpetuum possidenda. In cuius rei testimonium sigilla discretorum predictorum una cum sigillo meo presentibus sunt appensa. Datum anno Domini m^occc^oxl^onono in curia Ekult die beati Francissi(!) confessoris.

På baksidan: Westra Mark.

Sigillen, mer och mindre skadade: n. 1 borta; n. 2 (åsnehufvud): . . IOH . . (Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 677); n. 3 (tre sjöblad med spetsarne åt sköldens hörn): . . I HATT . (Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 679); n. 4 (lejonansigte): . I . . NX . . RVD . . (Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 676); n. 5, 6 borta.

4491.

1349 Okt. 4.

Inge från Hella stadfäster i egenskap af förmyndare det byte, som egt rum mellan riddaren Nils Abjörnsson å ena och Katarina från Avatomta och hennes döttrar å andra sidan, äfvensom de senares donation till S. Andreas' kapell i Linköping.

Registr. Eccl. Lincopens. perg. fol. 178 v.

Omnibus presentes litteras inspecturis Ingo de Hellom salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium pateat vniuersis me permutacionem, que inter